

Wewer scilicet descendunt et cum eo usque ad amnem Primisnizam delabuntur. Trans
 ripam vero eiusdem fluminis Primisnize octo mansos Flandrenses ipsis terminis adiecimus
 et inde per descensum eiusdem amnis, quousque ingrediatur siccam Alestram. Inde vero
 regreditur per directum ad priorem terminum Iawer. Proficiat itaque ad securitatem
 5 domus in Doberluch atque omnium inibi Christo servientium hec nostra corroboratio
 cunctisque fidem integram ad eos conservantibus favor sit a nobis et a deo salus et
 benedictio. Quisquis autem terminos prescriptos transgredi et ipsos in suis possessionibus
 angustare seu inquietare presumpserit, si commonitus non resipuerit, quicquid meretur,
 sacrilegus aut iniquus invasor ac predo et hic recipiat in futuro. Ut autem amplio-
 10 accipiat vigorem nostra confirmatio, sigilli nostri impressionem et fidelium virorum appo-
 nimus testimonium, quorum nomina sunt hec: Walterus prepositus de Monte. Conradus
 capellanus prepositi. Hartbernus sacerdos in Uuardenbruke. Godefridus sacerdos de
 Dolen. Alexander capellanus curie. Hermannus notarius. Thiemo de Godebuz.
 Iohannes castellanus de Lubin. Wernerus de Dobin. Osuualdus de Hagen. Heinricus
 15 Rabil. Otto de Suuerz. Wernerus de Satem. Fridericus de Linauue. Guncelinus de
 Belgora. Ensfridus pincerna. Otto et Bodo de Ilburg. Acta sunt hec anno dominice
 incarnationis M. C. & C. IX, indictione III, x. kal. martii in villa Wardenbruke, monarchiam
 tenente domino nostro Ihesu Christo.

(S.)

20

36.

*Deutsche zu Speier versammelte Reichsfürsten, darunter der Markgraf von Meissen, zugleich im
 Namen abwesender, unter denen sich der Markgraf von Landsberg befindet, schreiben an Papst
 Innocenz III., daß sie nach Kaiser Heinrichs Tode Philipp als den würdigsten ordnungs-
 gemäß und feierlich zum römischen Kaiser gewählt hätten. Speier, [1199] Mai 28.*

25 *Hdschr.: Reg. No. 6 fol. 4 No. 14. Vatikan. Archiv.
 Gedr.: v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt 1,539. Böhmer-Ficker 27.
 Anm.: Wegen der Datirung vergl. Böhmer-Ficker a. O.*

Reverendo in Christo patri et domino Innocentio sancte Romane ecclesie summo
 pontifici Germaniarum principes et magnates, in Christo filii, Magdeburgensis archi-
 30 episcopus, Treuerensis archiepiscopus, Bisuntine sedis archiepiscopus, Ratisponensis
 episcopus, Frisingensis episcopus, Augustensis episcopus, Constantiensis epis-
 copus, Eistedensis episcopus, Wormatiensis episcopus, Spirensis episcopus, Brixien-
 s electus, Ildesemensis episcopus imperialis aule cancellarius, abbas Fuldensis, abbas
 Hersueldensis, abbas de Tegernse, abbas Elwacensis, item rex Boemie, dux Saxonie,
 35 dux Bawarie, dux Austrie, dux Meranie, dux Lotharingie, marchio Missenensis, marchio
 Brandenburgensis, marchio Morauie, marchio de Rumesperc aliique totius Alemannie
 nobiles debitum et paratum cum omni devotione et obsequio famulatum. Apostolice
 beatitudinis eminentia, que piis supplicantium desideriis et affectibus gratam semper
 consuevit impertiri benivolentiam et assensum, firmam universitati nostre certitudinem